



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniae Agrippinae, 1712**

Q. 333. Quid notandum sit circa proclamationem, tonsuram & habitum ordinandi, Item circa adscriptionem ecclesiæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42433**

excusare etiam mortaliter culpabilem ignorantiam, de quo dixi l. 1. à n. 767. tamen sub mortali tenetur non legere Missam nec exercere Sacerdotalia ante legitimam ætatem, hac autem expletâ, secundum Hurt. Barb. Castrop. Burgh. cent. 2. cas. 2. & alios poterit Missam legere sine ulla dispensatione: si tamen suspensionem incurisset, probabilius dicunt alii cum Avers. indigere absolutione.

2314. §. 9. Causæ ad dispensandum in ætate ad Presbyterium sunt, si tribus annis fuerit in Sacris Ordinibus, vel si parentes ejus sint adulti ultra 50. annos, vel si tribus annis studuerit Theologiaz: attamen nec Episcopi nec Nunci Apostolici commuiter habent facultatem dispensandi in ætate ordinandi, nequidem ad unum diem, S. Anton. Silv. & alii cum Sanch. dub. 36. n. 18. Nunc tamen ex speciali privilegio dispensant Episcopi ad certum tempus, saltem pro Beneficio curato, ubi est necessitas vel utilitas Ecclesiæ.

2315. Q. 333. Quid notandum sit circa proclamationem, tonsuram & habitum ordinandi, item circa adscriptionem ecclesiæ. R. §. 1. Quid statuerint aliquæ Dioeceses circa proclamationes, dixi n. 2279. Trident. sess. 23. c. 5. de Ref. vult publicè in ecclesia fieri proclamationem personæ sacro Ordine initiandæ, ut de illa haberi possint testimonia circa natales, vitam, mores &c. & idem statuit Syn. Colon. anni 1662. De Ordine c. 2. §. 7. vultque eas repeti ante singulos maiores Ordines.

2316. §. 2. Synodus Colon. suprà § 5. promulgat Constitutionem Sixti V. circa habitum & tonsuram: debet autem tonsura sive corona Sa-

cer-

cerdotis esse par magnæ hostiæ ; Clerici autem initiati Minoribus , parvæ hostiæ ; Diaconi , paulò minor sacerdotali ; Subdiaconi , paulò major clericali ; Pastoris seu habentis curam animarum , paulò major sacerdotali ; Prælati , paulò major pastorali . Quanta autem sit & ad quos pertineat obligatio gestandi habitum & tonsuram , dictum est l. 4. n. 1370. & plura addidi ibidem à n. 1371.

§. 3. Trident. vult quemvis sacro Ordine 2317.  
initiandum alicui ecclesiæ adscribi, sic enim ha-  
bet sess. 23. c. 16. De Ref. Cūm nullus debeat ordi-  
nari, qui iudicio sui Episcopi non sit utilis aut necessa-  
rius suis ecclesiis, S. Synodus vestigiis sexti Canonis  
Conc. Chalcedonensis inhærendo, statuit, ut nullus  
impostor um ordinetur, qui illi ecclesiæ aut pio loco, pro  
cujus necessitate aut utilitate assumitur, non adscriba-  
tur, ubi suis fungatur muneribus, nec incertis vagetur  
sedibus. Quod si locum inconsulto Episcopo deserue-  
rit, ei Sacrorum exercitium interdicatur. Et ex his  
verbis colligitur poenam illam non incurri ipso  
facto, sed esse ferendam ab Episcopis, qui ra-  
men passim in variis neque gravibus causis ab-  
sentia dissimulant.

*Q. 334. Quid sit dicendum circa preces vel Missas, quæ in Ordinatione injunguntur ab Episcopo.*  
*R. §. 1. Episcopus secundum Pontificale Rom. post Ordinationem dicit : Singuli ad primam Tonsuram vel ad quatuor minores Ordines promoti dicite semel septem psalmos pœnitentiales cum litanis, versiculis & orationibus. Ad Subdiaconatum vel Diaconatum, Nocturnum talis dici. Ad Presbyteratum vero ordinati, post primam vestram Missam tres alias Missas, videlicet unam de Spiritu S., aliam de B. Maria semper virginе, tertiam de fidelibus de-*